

Imo Iamphim vinctum d. de Superintenduo fupplam
 Iuxta 20m dntly obfoly: 20 fabel aoff un fupplam
 unu dntly fupplam aoff unu dntly fupplam: fupplam dntly:

Presbyterium

Fridlandense, Reichenbergense et
 Seidenbergense,
 Universis et fingulis, litteras has lecturis,
 cum debita honoris praefatione
 precatur

Gratiam et Pacem, a Deo Patre, et Domino
 nostro Iesu Christo.

Evanta rabie heretici illa Babylonica, verae ec-
 clusiae Membris, Ministris episcopo in primis, insultet
 eorum persequatur, Saeculo non modo proximo, et
 ante, sed etiam hoc nostro satis superque haec cognosce-
 re. Quemadmodum enim Nabas Rex Chamo-
 nitarum impius, castra metatus contra Iabes in
 Gilead, cum Iabensibus non aliter foedus facere
 volebat, quam ut omnem oculum dexter lateris
 eius visum effoderet 1. Sam. X. 2. f. ita Nabas ille
 infernalis, Antichristum putat, non aliter suis
 pacem perfuadet, quam ut ministerium evan-
 gelicum Lutherianum, tanquam dexter oculis
 Regnis, Urbibus, Pagiis prius expellatur, nec
 non penitus tollatur, eum in modum, quo o-
 hni Rex impius Ierobeam, ad defectionem
 populi ad tribum Sada praecavendam, Leviti-
 ci generis sacerdotes omnes, falsa rebellionis
 suspicionem pressos, substitutis sacrificiorum
 excelsorum et Vitalium, removit et exila-
 re fecit 2. Paralip. XI. 14. f. Quod et Aliamum
 apostatam factitasse Historia Ecclesiastica
 tripartita Lib. VI. Cap. XXVII. testis est. Id ipsum
 hodie die non solum eorum, qui in Moravia
 et Austria, sed et illorum similiter, qui in no-
 ra Bohemia solent etiam Chusti furorem ex-
 periri sunt, in diebus experientur, attestantur ex-
 empla: siquidem hi partim ante haec, partim
 modo suis Ecclesiis extremum vale cogun-
 tus dicere. Nec citius nobis obliquit fatum,
 qui haec tenus ecclesiarum Territori Fridlanden-
 sis et Reichenbergensis Pastores existimus, ab o-
 mni doctrina erronea et seditiosa alienissimi.
 Nam sexto Maji ad condatum magistratus su-
 perioris, sedibus nostris, cum maxima facultate
 latum nostrorum petura, sacrificiis etiam
 Pontificis manu armata, superinductis, et in
 nostrum locum substitutis, cum uxoribus et li-
 beris, violenter et miserabiliter expulsis sumus,
 non prius auditi, multo magis aliquid